

« tur, quandoquidem sibi nihil retinuit. » In hymno quodam Officii sanctissimi Corporis Christi dicitur : « Se nascens dedit socium, Convescens in edulium, « Se moriens in pretium, Se regnans dat in præ-
« mium. »

7. — Considerandum quoque hic est, prophetiam illam specialiter ad Iudæismum fuisse dictam; siquidem, ut ipsemet postea, *Matth.*, xv, 24, declaravit: *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierant, domus Israel;* at vero quia ipsum repudiarent, ad nos pertransiit, factusque est totus noster. Unde Guericus Abbas, *Serm. II de Nat.*, ait: « De Iudæis quidem est natus, sed nobis est datus, quia illis « ablati, nobis est datus; » ac proinde, si volumus ut nobis dicatur: *Rex tuus*, Sponsæ imitemur exemplum, dicitis: *Tenui eum, nec dimittam.* Ad quod Didacus Stella motum quoddam nobis nobilissimum suggerit, dicens: « Insummatum a natura « est omnibus, ut quisque sua diligat; quare igitur « veluti domum, vineam, fundumque, quia tua hæc « sunt, amas; Deum vero tuum non amabis? Etenim « nim Deum Optimum Maximum cum vidisset homines « tanto amore sua prosequi, se nostrum facere « statuit, ut sic eum amare quodammodo compelleretur. »

8. — Spiritus Sanctus, qui Spiritus est veritatis, tam in primo Christi in hunc mundum ingressu, quam in fine vitæ ejus certiores nos facere voluit, Christum ideo ad nos venire ut lotus noster fieret: *Ecce Rex tuus.* Angeli quoque in ejus nativitate hominibus amantur, dicens: *Natus est vobis hodie Salvator;* quæ verba a S. Thoma de Villanova exactiori meditatione trutinata, occasionem ei præbuerunt exclamandi: « Nobis ergo puer natus « est, nobis filius datus est; meus es, o bone Jesu, et « undequaque meus es; mihi natus a matre, mihi « donatus a Patre; » imo ut una eademque res nobiscum fieret, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum hæc septimana instruit, de quo ipsemet ore proprio *Joan.*, vi, 53, 57, edixit: *Qui manducant meam carnem et bibunt meum sanguinem, in me manent et ego in illis.*

9. — Piissima est illa Didaci Stelle meditatio, qua justissimum esse dicit, ut cum Deus totus et totaliter datus est nobis, nos quoque aliquam nostri partem ipsi donemus: « Numquid aliquid te dare « ei æquum esse putas, qui se totum tibi dedit? « Equissimum profecto erit, ut ex multis horis, « diebus, mensibus, et annis, diem saltem unum in « meditandis sceleribus et peccatis, quibus Deum « auctorem et protectorem tuum graviter offendisti, consumas. »

Venit.

10. — Enimvero licet homo nullam Dei rationem aut æstimationem habeat, et ambobus, ut ita dicam, pedibus in inferno consistat, ita ut viribus

se propriis inde eruere non possit, Deus tamen ob id a cura et sollicitudine, qua nos et salutem nostram prosequitur, nequiquam remittit, *Joan.*, ii, 16: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Non dicit Evangelista, Deum a nobis, ut ingens hunc nobis beneficium conferret, fuisse interpellatum; sed quod nobis hæc de re nequiquam cogitantibus, ex solo sui erga nos amoris motivo, sponte propria in terram descendere dignatus fuerit. Porro Eliseus Naaman Principem prædilectum et potentem a lepra curaturus, ad eum e domo sua exire minime dignatus fuit: non tamen ita Deus noster fecit, qui ad leprosum hunc hominem sanandum descendit de cælis, eundemque dulciter amplexatus arctissime sibi adstrinxit et univit: *Et homo factus est.* Naaman quidem Eliseum sibi obviam processurum, manibusque propriis impositis curaturum fuisse speraverat, nec tamen id ab eo obtinere potuit; at vero gratiam, quam Eliseus gentili et pagano huic Principi denegavit, Christus homini licet ingrato, rebeli summaque arrogantia tergido liberalissime contulit, siquidem: *In propria venit, et suis eum non receperunt.*

Tibi.

11. — « In tuum usum, » inquit Lucas Bragensis, « et utilitatem, non ut suam rem conficiat, « quod plerumque Reges, sed ut te salvet, et bea- « tum reddat, adeoque ut tuus sis totus. » Paulus de Palatio circa hæc Evangelii verba interrogat: « An non venit et Patri? An non dictum est: *Ecce te « exiit mihi dux?* et in Psalmis factum est a Domino: *Anima mea illi vivet, et semen meum « serviet ipsi?* » Respondet autem, ipsum solum in hunc mundum venisse pro nobis: « Venit ille tan- « tus nobis vilissimis, se totum tradidit nobis; ita « plane se nobis exhibuit, ac si nihil cogitasset « aliud quam commoda nostra. Teum nunc cogita, « quale sit quod Christus Rex et Deus tibi nascatur, « et circumcudatur, oret, prædicet, sudet, patiar, « resurgat et regnet. » Evangelista et Propheta non sine mysterio dixit *tuus et tibi;* non *vester, non nobis,* sed ut nobis per hoc insinuet, quod si nulla alia anima ipsi redimenda fuisset, quam anima uniuscujusque nostrum in particulari, ipse tamen tantumdem passurus, nec minus pro unica duntaxat anima quam pro omnibus simul et collective sumptis in terras descensus fuisset. Refert Ludovicus Blossius, in *Moniti spirit.*, Redemptorem nostrum die quadam S. Gertrudem virginem hisce verbis fuisse allocutum: Quotiescumque anima quevis me in cruce suspensum conspexerit, omnino sibi persuasum habeat quod eandem hisce verbis compellem: « En vides, quomodo pro te sum vul- « neratus in cruce? si salutem tuam expediret, vellam

« pro te solo tolerare omnia, que toleravi pro toto « mundo. » Aurea quoque est illa Eusebii Emisen- « seni sententia, dignaque que hisce diebus seria « quadam meditatione ponderetur: « Christus pro « cunctis passus est, sic pro singulis, sicut ei totum « debent universi, sic totum singuli, sed quodam « modo plus singuli quam universi, quia quantum « acceperunt singuli, tantum universi.

Mansuetus.

12. — Chrysostomus, *Hom.* xxxvi. in *Matth.*, vel quisquis alius est libri illius auctor, dicit: « Vis « cognoscere mansuetudinem venientis? Considera « speciem adventus ejus. Non sedet in curru aureo, « pretiosa purpura fulgens, nec ascendit super fer- « vidum equum discordie amatorem et litis, qui « de longe odorat bellum, et gaudet ad vocem « tubæ, et cum videt sanguineam pugnam, dicit in « corde suo, bene est factum; sed sedet super asi- « nam, tranquillitatis et pacis amicam. »

13. — Interlinearis circa hoc verbum finem considerat, quo rex iste ad nos venire dignatus fuit: « *Mansuetus* ut ametur, non ut per potentiam « timeatur; » at vero Paulus de Palatio, epithetum istud, mansuetus, prima quidem facie Deo, qui Deus exercituum appellatur, valde improprie convenire videri posse considerat, dum ait: « An non « Deus quasi vir pugnat, omnipotens nomen « ejus? An non Deus, qui inebriat sagittas suas « sanguine, ejus gladius devorabit carnes? Quid « igitur est, quod nunc mansuetus venit? Certè « quia novum fecit Dominus super terram; novus, « si fas est dicere, factus est Deus; rerum omnium « mutationem intellige, novam legem, novum or- « dem, novum Regem; si venit mansuetus, ut ovem « ergo ad occisionem venit; si mansuetus ut agnus: « ergo eorum tendente se obmutescet. »

14. — Guericus Abbas fugam Christi in solitudinem, eo tempore quo turbæ ipsum in Regem eligere, sibi que adsciscere decreverant, factam mente recolens, *Ser. III in Ramis*, dicit: « Refugiens, et « in solitudinem ad orandum aufugiens, docuit « exemplo, quod dixit et verbo, ne scilicet velimus « in sublime tolli; sic modo quadam alia dispensa- « tione sese ad horam honorari patiens, et nihilo- « minus solitum, quia inolitum mansuetudinem in « honore retinens, formam dabat his, qui in potes- « tate sunt constituti. »

Sedens super asinam et super filium subjugatis.

15. — Cum in dubium revocari nequeat, quin tam asina quam pullus a duobus Apostolis fuerint adducti, protinus dubium quoddam subnascitur, an Salvator noster utrumque hoc animal insederit? Albertus Magnus cuidam S. Hieronymi auctoritati inmixtus dicit: « Nec credendum est, ut dicit Hiero- « nymus, quod Dominus in tam brevi itineris spatio

« in utroque animalium istorum asinaverit, quia « ridiculum esset, sed utrumque adduci fecit, et « forte utrumque sterni. » Auctor Imperfecti, *Hom.* xxxvii, in ea opinione esse videtur, Christum corporaliter utrique huic jumento minime insedis- « sed id ipsum de spirituali sessione intelligendum esse: « Tamen etsi corporaliter fieri non poterat, « et super utrumque animal sederet, spiritualiter « poterat, cum esset Deus, ut et in Iudæis sederet, « et in Gentibus simul; sedere autem super ju- « mento, est in præcordiis eorum habitare, ut « dicat illis Christus: *Tollite onus meum super « vos, et videte quia mitis sum et humilis corde.* » Verba S. Hieronymi, in *Matth.*, sunt hæc sequentia: « Aut enim insedit asina, et pullus absque sessore « fuit; aut si pullo, quod magis competit, usus est « ad sedendum, asina ducta est libera. »

16. — Est tamen alia plurimum sacrorum Inter- « pretum opinio, quod Christus tam super asina, « quam super pullo revera gestatus fuerit. Lyranus tamen nonnullorum præcævi, qui ab ignorantibus sustineri forsitan posset, errorem, dum ait: « Non « quia sederet super utrumque simul, sed successo- « sive, quia primo sedit super pullum, quia tamen « non erat domitus, quia adhuc non fuerat appli- « catus humanis usibus, ut habetur, *Marci*, xi, 2, et « *Luce*, xix, 30, ideo postea sedit super asinam. » Dionysius Carthusianus eandem adhibet distinc- « tionem, nimirum, quod successive utrique jumento insederit: « Sedit super utrumque, quoniam « utrumque populum sibi subiecit per fidem et « cultum divinum. » Theophylactus in eadem est opinione, dum ait: « Ducentes pullum secuta est « mater, collocaverunt autem eum super illa, sedet « super asina, et postea super subjugalem, quia et « primum quævis in Judæorum synagoga, deinde « in gentili populo. » Hanc eandem convenientiam quoque S. Bonaventura his verbis addidit, dum ait: « Hoc valde rationabiliter fecit, nimirum quod « duobus hisce tam vilibus jumentis insederit, « et « propter mysterium, et propter exemplum: prop- « ter mysterium, quia per pullum intelligitur po- « pulus gentilis, per asinam Judæicus, et ideo licet « alter deberet sibi sufficere, tamen super utrum- « que ascendit. » Verum tamen Christum prius pullo, et postea asinæ insedis- « existimant, ad denotandum, quod prius nos Gentiles, postea vero in fine sæculorum Judæos quoque ad fidem vocaturus esset, *Rom.*, ix, 27: *Quando reliquæ Israel salta- « fient;* citatque prophetiam illam, *Gen.*, xlix, 10, quam nobilissimam appellat: *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium, ligans ad vineam pullum suum, et ad vitæ, o fili mi, asinam suam.* Porro Lyranus rationem reddit, cur per pullum denotatus fuerit paganismus: « Quia non fuerat subjectus jugo legis. » Theophy-

lactus de hoc eodem animali Gentilis populi typum præ se ferente, ita scribit: « Figuraliter nobis « insinuat, quia sessurus sit super novum, et indomatum, et immundum populum Gentilem; nunquam enim alias rogavit, ut pro itineris longitudine jumentum sibi daretur: » pullo itaque insedit ratione mysterii, non vero ut eodem pro sua uteretur majori commoditate. In asina autem synagoga præfigurabatur: « Per asinam populus « Judaicus, qui laboraverat sub lege. » Unde S. Hieronymus ait: « Quæ subjugalis fuit, et edomita « jugum legis traxerat, synagoga intelligitur. »

17. — Albertus Magnus rationem assignat, cur Christus jumenta, non vero equos conscenderit, nimirum: « Mansuetudinem ostendere voluit, cum « do ad passionem, non elegit currus et equites; « equus superbum animal superbiam et fastum « significat dominatus. »

18. — Paulus de Palatio aliud quoddam considerat mysterium, dicens: « Super asinam regulam « vita monstravit, ut scilicet sanctitatis celsitudinem « nimirum ostendat. Cum triumphabant « Romani, secum afferebant, quod eos humiliaret, « ut triumphum gloriam dejectionis vilitate temperaret. » Jansenius ad hoc se reflectit, quod scilicet incarnata Sapientia operibus gloriosissimis, summæque magnificentis, quadam humilitatis exempla semper in conspectu totius mundi associare consueverit: « Sicut autem et alias semper in his, quæ circa « Dominum contigerunt, humilia magnificentis sunt « conjuncta; sic et modo regiam suam dignitatem « et magnificentiam ostendere voluit, ut tamen « simul non desereret summam humilitatem. » Porro manifesta divinitatis sue indicia fuerunt, quod sibi tanquam omnium creaturarum Domino promptam a jumentorum Domino exhiberi fecerit obedientem, eventus procul positos Apostolis prædixit, dicens: *Invenietis*, etc., pullum mansuefecerit: universum populum ad concorditer exhibendos sibi absque ullo Principum synagogæ timore, festivos plausus excitavit, eorumque cordibus et oralia verba suggestoribus, quibus in illum ut Messiam verum credere protestarentur; ad humilitatem vero spectabat, quod duo vilia et stolta, atque ab egena gente mutata animalia conscendere, suosque discipulos laceris vilibusque vestibus indutos in sequela vili plebeantile arborum frondes deferentis in triumphum hunc educere voluerit; unde Jansenius concludit, Christum per hoc docere nos voluisse: « Aliam esse conditionem regni sui, quam « regnorum hujus mundi, se etsi a Patre potestatem accepisset, qui omnia, cum vellet, crederent, « tamen per humilitatem omnes velle ad se trahere. » Didacus Stella ait: « Quid est asello vili « in tanto triumpho vectum fuisse, nisi nos vere « docere humilitatem; quæ inter honores et pompam maxime periclitatur? *Eclii.*, xi, 4: *In die*

« honoris tui ne extollaris. » Albertus Magnus inquit: « Nec currum vel equum pompæ et belli « amatorem elegit, quia fallax equus ad salutem. « Hi in curribus, et hi in equis amatores mundi « sunt, sed nos in humilitate Domini ambulantes, « in nomine Domini invocabimus; » adducitque illum ex Amos, ii, 13, desumptum textum, quod dicitur: *Ascensor equi non subvabit animam suam.*

19. — Paulus de Palatio hanc incretae et incarnate Sapientie huic animal, quod verus quidam stoliditatis typus erat, incessionem se minime comprehendere posse, hinc verbis profletrit: « Sed « interim Domine, cur super asello sedes? cur « summam sapientiam summæ conjungis stultitiæ? « Tu sapientia Patris, in te omnes thesauri sapientie et scientiæ Dei; at nullum animal insipientius « asino, adeo ut ex inscitia nomen deduxisse videatur; cur sapientia summa insidet asello, cui propria stultitia est? Plane Dominus novit terram « desertam ponere in stagna aquarum, et terram « sine aqua in exitus aquarum, novit igitur ex « summa stultitia summam monstrare sapientiam, « quod si unquam fecit, tempore suæ passionis « effecit; » prout in totius amarissimæ passionis « suo dekursu evidenter monstravit; quis enim non æstimasset stultitiam, quod si, qui verus Dens erat, pateret, sequere virgarum et flagellorum verberibus subjiceret? quemnam prima facie excogitari potuisset major stultitia, quam quod moretetur is, qui vita erat, et ipsamet gloria sine gloria remaneret? « Al quod stultum est hominibus, id summæ « sapientiæ Deo est, ut inde nos colligamus, tunc « nos demum sapientes esse, cum stulti facti fuerimus. » Glossa jumentum istud minime a nobis contemnendum esse monet, dicens: « Ne despicias « hunc asellum, quia sicut in vestitu ovium sunt « lupi rapaces, ita sub exuviis corporis, quod nobis « est commune cum belluis, mens Deo plena vegetatur. »

20. — Sedulius, *lib. IV oper. Pasc.*, de hoc asino ita scribit: « Aselli ungula non pretio magna, « sed merito tanti sessoris claruit, sub fæce nobilior: non illius impar, qui modico Christum « quamvis cerneret in præsepi, Dominum esse cognovit. » S. Bernardus illa Psalmistæ, *Psal. xxv.* verba commemorans: *Hominem et jumenta salvabis Domine, cum multiplicaveris misericordiam tuam Deus;* ita *Serm. 1 de Pur.*, inquit: « Neminem itaque « dedignatur nec ipsos qui computraverunt tanquam « jumenta in stercore suo, non dedignatur, inquam, sed si Apostolica vestimenta non desint, si « doctrina eorum, si morum justitia, si obedientia, « si charitas operat multitudinem peccatorum. » Enimvero rememorandum est quod diximus, nimirum quod Isaias ante quam Zacharias, Jerosolyma hodie ad exhibendos Messie super asellum vecto, portas ejus ingredienti festivos applausus excita-

rit; cujus quidem applausus et jubili motiva Paulus de Palatio his verbis exponit: « Quia si pullus « populum significat Gentilem, maxime gaudendum erit, quod disrupta materia inimicitiarum, « pax coalescit inter tam dissidentes populos, quod « cultus Dei jam non inter privatos Judæorum continueatur; quod non tam late jam dominetur « diabolus; quod non tanta strage totus orbis in « infernum proruat; quod Dominus plures habeat « cultores. Secunda gaudendi causa est, quod non « quarat nobiles, potentes, sapientes, sed stulla « hujus mundi, jumenta scilicet, quæ nullum habent in mundo nomen, hæc querit ubi sedeat. « Tertiam exultandi causam explicavit Isaias, *LXXI.* « *11: Exultate filii Sion; ecce Salvator tuus venit, « ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo; « signidem ad exsolvendum redemptionis nostræ « pretium veniebat. »*

21. — Idemmet Auctor in Christo figuram quandam adimpletam esse considerat, quæ quondam in Isaac, quando sacrificandus erat, jam dudum præcesserat: « Abraham suum Isaac immolaturus, » inquit, « asellum sterni jubet, cui Isaac « imponat, non is tamen asinus ad locum immolationis, sed expectare reditum jubetur. Hic asellus « genus hominum est; erat enim homo in honore, « et quia non intellexit, jumentum factus est; sternitur ergo ab Apostolis, et Christus verus Isaac « illi imponitur, magno tamen mysterio; nec enim « passurus est asinus; nec est immolandus, immolabitur Isaac illaso asino; ita enim dicit Dominus: *Si me queritis, scitate hos abire, videlicet « plagæ, verbera, gladius, non in jumentum, sed « in Christum inciderunt. Cum igitur videbat « Christum ramos ex olivis decisos, quis credat « eum ejus historia immemorem; quæ Isaac ligna, « quibus immolaretur, tulisse declarat. »*

22. — Albertus Magnus illa S. Lucae verba: *Cui nemo unquam hominum sedit,* considerans, hanc inde elicit sequentem moralitatem: « Hoc autem « sic Dominus voluit, ut cum videntibus omnibus « Dominum mansuele portaret, homines ad fidem « edificarentur, et verecundarentur, non mansuecere ad eum, ad quem animal parvi sensus, et adhuc indomatum mansuebatur. *Is.*, i, 3: *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui. Israel autem me non cognovit. »*

23. — Enimvero qua ratione nos quoque ejus honoris, qui Christus hæc jumenta dignatus fuit, participes fieri possimus. S. Ambrosius, *lib. IX in Luc.*, sequentibus verbis demonstrat: « Felices illos, « qui talem internis rebus recepere vectorem: « felices plane illos, quorum ora ne multiloquio solverentur, verbi celestis habena restrinxit. « Quæ est ista habena, fratres? Quis me doceat, « quemadmodum ora hominum aut restringat, aut solvat? Monstravit mihi habenam ille, qui dixit:

« Ut detur mihi sermo in aperture oris mei; ad « Eph., vi, 19. Sermo ergo habena est, sermo stimulus est et ideo durum est tibi adversus stimulum « calces mittere: docuit igitur hic nos aperire ora, « stimulum perpeti, jugum docere. »

ADDENDA.

a. — *Dicite filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam,* etc. Qui hactenus Rex esse detrecharat, fugeratque in montem ipse solus, hodie velut rex proclamari ac salutari voluit. Quid vero per hoc paradoxum Christus nobis voluit significare? Ecce Christus Salvator noster ad suam se preparabat passionem, ac prout in turba illas, quæ eadem septimana, illum in curcibus erant acturæ, hancque inscriptionem: *Jesus Nazarenus Rex Judæorum,* capiti ipsius super imposituræ erant, ut ipsum tanquam regem sularent et exciperent, non respuit, sed humaniter invitavit. In libris Judicum, ix, 13, legitur quod arbores inter se de rege sibi eligendo consultarunt; inter quas oliva, ficus et vitis sepulchrum sibi oblatum acceptare renuerunt; rhamnus vero libenter admisit. Enimvero Redemptor noster, de quo divinum inquit Oraculum, *Psal. 11, 6: Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus.* Rex proclamari et tanquam talem se variis occasionibus exhibere potuit, id tamen facere noluit, donec tempus illud appropinquaret, in quo loco aurei gemisque distincti diadematis, tempora illius spinea cingerentur corona et vice sceptri arundo, vel clavi manibus ejus insererentur; tunc enim trita quadam, lacerata purpura per ludibrium amictus, regis titulum sibi passus est acclamari.

b. — Cum autem rex David tenuisset et instaret dies vite ejus finalis, filium suum Salomonem, mulæ superimpositum, jussit in regem ungi et proclamari, *III Reg.*, i; et licet variis generosis equos possideret, attamen mulam præ aliis elegi voluit et ideo, quia aliquando ei dixerat Dominus: *Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus.* Pariter Redemptor noster, instante passione sua, qui toties pedes Jerusalem ingressus fuerat, asina vectus intravit. Cur ita? Sedet super asinam pacis et tranquillitatis amicam, ut ipsa irrationabilia animalia, concordiam inter se conservando, homines ad pacem sectandam excitent et doceant. Porro Isaias Propheta, *II, 6,* ex propheticò instinctu inter alia legis Evangelicæ præconia hoc quoque enumerat: *Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit; vitulus et leo, et ovis simul morabuntur; vitulus et ursus pascentur, simul requiescent catuli eorum, et leo quoslibet comedet puleos.* Etenim animalia ferocissima, suam ut ita dicam, naturam immutant. Solus homo ad pacem redire non potest.

VERSUS 6.

Evanes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Jesus.

1. — Evangelista promptam laudat Apostolorum obedientiam; et ideo Lucas Brugensis ait: «Laudatur promptum obsequendi studium, quod absque mora impleverunt quod erant jussi, nihil detrectantes ministerium, sive ut vile et insolitum, sive ut incertum.» Didacus Stella pariter hanc cæco modo obediendi promptitudinem admiratur dicens: «Christi dictis minime diffidentes, ejus mandatum illico sunt impigre executi, inde utilissimum hoc eruit spirituale documentum: «Nec enim est opus, ut Dei præcepta exequamur, scrutari prius qualia aut que sint ab eo imperata, non nos suorum præceptorum statim examinatos, sed impigros executores esse vult.»

2. — Nec tamen mirum est, quod prompte adeo obsecuti fuerint, quando de jumentis alligatis solvendis et ad Christum adducendis præceptum eis impositum fuerat, hæc enim animalia peccatorum præfigurabant, qui propriorum peccatorum suorum funibus constricti et vineti esse noseantur; ad ministrandam vero talibus penitentiam, nulla est mora aut dilatio interjicienda, quia «periculum» est in mora, » Albertus Magnus super vocem *Evanes*, etc., dicit: «Notatur diligentia, quasi diceret: Continuo ibant donec fecerunt quod dixerat. «Quod cunctis Apostoli,» est hæc alia D. Chrysostomi consideratio, «solverunt asinam alienam, ministerium quidem fuit eorum, virtus autem et auctoritas Christi.» Nunquam horum jumentorum domini illa sibi eripi et abduci passi fuissent nisi Christus animas ipsorum intrinsecus ad ea mutuanda disposuisset: «Sic quod Apostoli solverunt Judæos vel gentes de vinculo inimici, in prima quidem facie eorum videbatur opus, revera autem fuit virtus et gratia Christi; nec enim a Christo duodecim constituti, totum mundum a ligatum sub potestate diaboli solvere potuissent, nisi gratia Christi confregisset virtutem inimici.»

Additio.

a. — *Evanes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Jesus.* Divus Evangelista Marens ait quod discipuli abevantes invenerunt pullum alligatum ante januam foris in bivio. Valde mirum est quod domini horum animalium tam duri et crudeliter essent in illa, ut ea non collocarint aut in diversorio aut præsepi, sed in bivio, sub dio, pluvis, frigori et injuriis temporum exposita. Unde illis tam iniqua crudelitas? Hæc animalia hominem præfigurabant: *Tantum jumentum factus sum quod te.* Domini autem demones denotant, cujus adversus hominem implacabile est odium. S. Laurentius Justinianus oculos anime suæ valde a Deo illuminatos circumquaque

circumvolvens, passim per omnia loca, laqueos a dæmone tenos vidit. Dicit enim: «Ubique quæ ad capiendas animas retiacula tendunt, in divitiis, in paupertate; in sublimitate honoris et in mundi contemptu; in voluptatibus carnis et austeritate penitentia; in crapula et sobrietate; in rerum affluentia et in paritate victus; in loquacitate et silentio; in nilore et sordibus; in leicitate et fletu; in administratione temporalium et remotione quieti; in libertate et subjectione; in labore et otio; in occulto et publico; in solitudinibus et civitate; in debilitate et corporis sospitate; in vigiliis et torpore; in gloria et ignobilitate; in infamia et favoribus humanis; et ut paucis universa comprehendam, nullus est locus, nulla actio, nullaque persona que ab ipsorum deceptionibus libera existat, quoniam nequeunt excludi parietibus, nec placari precibus, neque terroribus coerceri.»

In Jobo, iv, 11, dicitur: *Tigris perit, eo quod non haberet prædom;* quam propositionem S. Gregorius Papa sequentibus verbis discurrit et explicat. Dicit enim: «Satan et per crudelitatem leo dicitur, et propter multiformis astutia varietatem non incongrue tigris vocatur, modo enim se, sicut est perditus, humanis sensibus objecti, modo se Angelum lucis ostendit, modo stultorum mentibus blandiendo persuadet, modo ad culpam terrendo pertrahit, modo suadere vitia aperte nititur, modo suis in suggestionibus sub virtutis specie palliatur. Hæc bellua que tanta varietate respicitur, jure tigris vocatur, que apud Septuaginta, myrmicoleon dicitur, quod videlicet animal abscessum pulvere, formicas frumenta gestantes interficit, quia nimirum apostata Angelus justorum mentes, que honorum sibi operum refectionem præparant, in ipso actionis itinere obsidet, cum que eas per insidias superat, quasi formicas frumenta gestantes improvisus necat.»

VERSUS 7.

Et adduxerunt asinam et pullum, et imposuerunt super eos vestimenta sua, et eum desuper sedere fecerunt.

Et adduxerunt asinam et pullum.

1. — De Apostolis scribitur: *Ecclesiarum Principes, vera mundi lumina, constituit eos Principes super omnem terram;* verumtamen ecce tibi qualiter ad serviendum Christo, et præstandam ei debitam obedientiam, agones, seu asinorum actores facti sint, idque non in privato, sed in publico, in conspectu totius populi, et quidem horum unus Petrus Christi vicarius erat, ad cujus pedes deinceps omnes mundi Monarchæ prosternendi erant; ecce, inquam, quam verum sit, quod *servire Deo regnare est;* etenim Deo in ministeriis etiam abjectissimis deservire

VERSUS 8.

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via, alii autem cadebant ramos de arboribus, et sternerant in via.

Plurima autem turba.

1. — Cajetanus miram hujus populi devotionem considerat; utpote qui quatuor obsequiorum genera Christo ingenti cum honorificentia exhibuit. *Primo* namque in persona Apostolorum ipsum honoravit, pallia et chlamides suas ephippii seu cliellarum loco jumentis insternendo. *Secundo*, per totam viam, per quam transiturus erat, turba illa vestes suas certatim stravit; cujus quidem honoris in tota Scriptura vix aliquid reperitur exemplum: siquidem nec Davidi, nec Salomoni tale quid unquam exhibitum fuit; fuitque obsequium istud tanto admirabilius, quanto magis id honorificentie genus ab improvise unanimitate ab omnibus excogitatum et usurpatum fuit. *Tertio*, alii in amputandis frondescentium arborum ramis ad terram majori cum majestate exornandam laborarunt, quod utique ab illis præcipue factum fuisse existimatur, quibus pallia aut vestes ad viam sternendam non suppetebant. *Quarto*, festivis, omnique júbilo, et insolita gloria plenis vocibus laudes ei condignas acclamabant.

Et imposuerunt super eos vestimenta sua.

2. — Lucas Brugensis ait: «Nihil verecundati, vestibus se nudare, et absque palliis comitari, modo constaret Domino, qui debebatur honor;» at vero gratissimus Magister protinus hoc ipsorum remuneravit obsequium; siquidem eadem septimana ad pedes eorum prostratus eosdem lavit, et osculis delinitos, linteis, quibus præcinctus erat, abstersit, adeoque se ab illis per urbanitatem aut benevolentiam vinci non permisit.

3. — Dionysius Carthusianus ait id Apostolos fecisse: «Ut Jesus mollius honestiusque sederet;» ecce qualia ipsi vestium ornamenta commodarint Apostoli. S. Hieronymus in sensu mystico ait: «Vestis Apostolica, vel doctrina virtutum, vel edisserentio Scripturarum intelligi potest, sive Ecclesiasticorum dogmatum varietates, quibus nisi anima instructa fuerit et ornata, sessorem Dominum non meretur.»

4. — S. Bernardinus, *Serm. xxvii in Cant.*, hæc de re ita scribit: «Vestes suas substraverunt, significantes Salvatorem seu salutem nequaquam insidere nude anime, quam videlicet non vestitam invenit doctrina et moribus Apostolorum.»

5. — S. Thomas inquit: «Vestimenta super asinum significant virtutes, quas a Deo acceperunt, et illas communicaverunt Gentilibus et Judæis.»

Et eum desuper sedere fecerunt.

6. — Jusserunt eum ascendere super asinam, inquit glossando Albertus Magnus; nam ut I. Corint., iii, 9, dicitur: *Dei adjutores sumus;* adjutorium autem istud est potius ex parte asini, qui tenetur, et aptatur, et sistitur, quam ex parte Christi ascendentis.»

1. — Cajetanus miram hujus populi devotionem considerat; utpote qui quatuor obsequiorum genera Christo ingenti cum honorificentia exhibuit. *Primo* namque in persona Apostolorum ipsum honoravit, pallia et chlamides suas ephippii seu cliellarum loco jumentis insternendo. *Secundo*, per totam viam, per quam transiturus erat, turba illa vestes suas certatim stravit; cujus quidem honoris in tota Scriptura vix aliquid reperitur exemplum: siquidem nec Davidi, nec Salomoni tale quid unquam exhibitum fuit; fuitque obsequium istud tanto admirabilius, quanto magis id honorificentie genus ab improvise unanimitate ab omnibus excogitatum et usurpatum fuit. *Tertio*, alii in amputandis frondescentium arborum ramis ad terram majori cum majestate exornandam laborarunt, quod utique ab illis præcipue factum fuisse existimatur, quibus pallia aut vestes ad viam sternendam non suppetebant. *Quarto*, festivis, omnique júbilo, et insolita gloria plenis vocibus laudes ei condignas acclamabant.

Straverunt vestimenta sua.

2. — Lucas Brugensis, in *Luc.*, ait: «Exemplum discipulorum, quo fuerunt provocati, etiam superaverunt; consternebant vestibus suis viam, qua pergendum erat Jesu, quod erat summi honoris, quale Regibus vix exhibitum legitur, proprii corporis vestibus se expoliare, eisque adeo non parcere, ut asino calcandas præberent, quo via sessorii iter facienti foret mollior, expeditior, ornatior.» Didacus Stella notat, Christum hoc ei a turba sponte delatum obsequium non renuisse, sed grato et libenti animo acceptasse, utpote que ad eorum suum, et quo erga Salvatorem ferebatur, amorem et venerationem suam contendantam, suis se licet pauperibus et vilibus vestibus libenter exuit: «Observandam hic est,» inquit, in *Moth.*, «non exiisse obviam Christo divites, non magnates, non principes, hi enim de gloria Dei non admundum sunt solliciti, sed turbam, id est, populum, et abjectos ac pauperulos; in his enim, que ad Dei cultum attinent, longe promptiores pauperum culti quam opulenti reperiantur.»

3. — Albertus Magnus viam, quam Christus asina insidens transiturus erat, saxosam fuisse considerat: «Lapidaosa fuit, et dura, et fuerunt in eo scopuli acuti et spinosi, et fuit vallitosa et defossa inter lapides.» Dicit igitur populum hunc, qui benignissimum Salvatorem summa cordis tene-

ritudine prosequatur, metuisse ne via, per quam vendendus erat, ei molestiam aliquam conciliaret : « Cogitabat ergo, ne animal dure calcans pede : « offenso forte cespiaret, et sedentem concuteret, « et pede lasso ex acutis scopulis forte claudicaret, « et sedentem inaequaliter portando laederet, vel « forte in defossam calcando caderet, et sessorem « deiceret et contra primum straverunt vestimenta, « ut molliter calcans suaviter portaret; contra se- « cundum sternerant flagra arborum et frondes, « ne acuta pedem figerent, et sic aequaliter vehem- « ter; contra tertium magnos sternerant ramos, ut « defossa tegerent, et sic animal tute ponens pedem « secure portaret. » Ulinam nos vel minimam ex hisce diligentis et industriis a plebe hac exhibitis adhiberemus, ut Christum in anima nostra spiritaliter et debita cum reverentia bajularemus : *Glorificate et portate Deum in corpore vestro.* « Vestimenta in via sternerunt, » inquit Beda, « qui cor- « pora sua edomant, ut ei iter ad mentem parent, « vel exempla bona sequentibus praebant. »

4. — S. Thomas ait : « Per vestimenta corpora « intelliguntur. Apoc., iii, 4 : *Habes paucos in « Sardis, qui custodierunt vestimenta sua*; illi ergo, « qui in via straverunt vestimenta, fuerunt primi « Martyres. »

5. — S. Gregorius a Lyrano in moralitate cita- « tus dicit : « Quid sunt terrena omnia, nisi quae- « dam corporis indumenta? vestimenta igitur in « via sternere, est in via vite praesentis bona ter- « rena pauperibus erogare. »

6. — S. Bonaventura per haec vestimenta in via dispersa et extensa, corporum nostrorum mortifica- « tionem intelligit : « Per strationem vestimento- « rum in via intelligimus concupiscentiam corporum « nostrorum pro abstinentiam et patientiam « ad aliorum bona exempla, per quae dirigantur in « via. » Beda haec verba de Martyribus exponit, « dicens : « Quia sancti Martyres propriae se carnis « amicti exuentes, simplicioribus Dei famulis viam « suo sanguine parant, ut videlicet inoffenso gressu « ducit, incedant. »

7. — Verum enimvero quidam differentia illa inani, quae turbe vestimenta sua straverunt per viam, Apostoli vero eadem iumentis instraverunt? S. Bonaventura ait : « A mysterio non vacat, quod « discipuli vestimenta sua posuerant super asellum, « sed turba sternerat sub pedibus asini ad concul- « candum; per hoc enim intelligimus quod popu- « lus gentium convertendus documenta Apostolo- « rum debebat venerari, et traditiones Judaeorum « et caeremonias conculcare. »

Alii autem cadebant ramos de arboribus, « et sternerant in via.

8. — Paulus de Palatio monet nequaquam no-

bis silentio praetereundum esse id, quod S. Joannes, « xxvii, 11, his verbis scribit : *In crastinum autem « turba multa, quae venerat ad diem festum, cum au- « disset quia venisset Jesus Ierosolymam, acceperunt « ramos palmarum et processerunt obviam ei.* « Palma « in manibus, victoriae indicium et symbolum est; « necesse est eos igitur qui Christum sequuntur, « pugnare, nec pugnare satis, nisi sequatur victo- « ria pugnae, id vero est, quod habetur in Apoca- « lypsi, Sanctos, qui in caelo consistunt, palmas in « manibus habere. »

9. — Didaeus Stella honorem hunc in Dei cau- « tum exhiberi consuevisse scribit : « Non tanquam « puro homini, sed tanquam Deo gestientes, cum « ramis obviam ierunt, quae caeremonia Deo dun- « laxat, non vero hominibus fieri solebat; quando « enim Deus Tabernaculorum festum instituit, haec « caeremonia voluit illud celebrari, dicens, Leviticus « xxii, 40 : *Sumetis vobis die primo fructum arboris « pulcherrimae, spatulasque palmarum.* Iudei igitur « Ierosolymitani, qui caeremonias dediti erant, ho- « norem hunc Deo solummodo dicant, Christo « Domino tribuunt, velati vero Deo, quod nun- « quam mundus suis imperatoribus exhibuit. »

10. — Orogo per haec caeremoniam ad opera « nos misericordiae exhortatur, utpote quae in hisce « ramis olivarum significabantur : « Egrederet, » in- « quit, « cum pueris Hebraeis, qui transeunt simpli- « citer in occursum Domini; sternerne in via ramos « olivarum, et opera misericordiae pedibus ejus « accommodes. »

11. — S. Anselmus per haec tribum omnes « fideles representari scribit, « qui ponunt fidem in « Christo, et portant fructum boni operis. » Idem « quoque in ordine ad illos, qui libros sacros pervolu- « runt, aliam quandam expositionem adducens dicit : « Ramos vel frondes caedunt, qui verba et senten- « tias bonas de libris Patrum excerptunt, per quos « simplicium corda Christianorum edificantur, ne « errent in via veritatis. »

12. — Auctor imperfecti, *Hom. xxxvii in Matth.*, « Regis nostri, mansuetudinem ponderans, sciensque « et contra quo Principes terreni pro corporis sui cas- « todia armorum cohortibus stipari soleant, ita scri- « bit : « Non autem vides in circulo ejus splendentes « gladios, aut caetera ornamenta terribilium armo- « rum, sed quid? Ramos frondentes, testimonio « pietatis. Venit ergo mansuetus, non ut propter « potentiam timeretur, sed ut propter mansuetudi- « nem amaretur. »

Additiones.

a. — *Plurima autem turba straverunt vestimenta « sua in via, etc.* Instante morte, Christus Dominus « ingressurus Ierosolymam triumphalem, dignum « quo Deo ingressum sibi parat. Etenim asello vec- « tus, in se populares animos sic commovet, ut tur-

maim urbe egressi homines, obviam Jesu pro- « cedant, regiam in eo Davidis stirpem et populorum « salutem conclamantes. Resonant novis et inauditis « clamoribus sive cantibus montes; scinduntur pal- « marum rami, operiuntur semitae vestimentis stratis, « et Davidis aemuli mille ante Christum, nudantur et « festinas choreas agunt. Sic Ierosolymis excipitur « Christus Dominus sique divini honores habentur, « qui post modum moribundus mittetur extra civita- « tem. Quid hujus plebis animas ad tam festivas « laudes et hos divinos honores habendos movit? « Quia venit ut *Rea mansuetus*, pro quo alii legunt, « *pacifcus*, et asina pacis amica vectus. Ex quo quid « divini in Christo agnoscentes, has insolitas laudes « promunt. Pax enim, nescio quid divini in se habet « et ab illa Filius Dei, sibi nomen sumit, eamque « diligit. S. Paulus Apostolus, qui ut ex Epistolis ejus « facilius deducitur, tantus pacis amator fuit, nobis « in Epistola ad Ephesios, ii, 14, indicat, quod ipse- « met Deus, Deum pacis se appellari gloriatur : *Ipsa « enim est Pax nostra.* Ae proinde multis in locis « Scripturae *Deus pacis* frequenter vocatur. Nazianze- « nus, *Orat. xii*, inquit : « Ante alia nomina quibus « Deus appellari gaudet, haec prerogativa nunc- « patur. Pax enim et charitas, atque id genus « nominibus appellatur; quae videlicet per ipsa « quoque vocabula nos admoneat, ut has virtutes « tanquam Deum consequi studeamus. »

b. — Extraordinarius plane modus hunc Regem « excipiendi. Solent quidem reges ab urbium Praefec- « tis, sub aureo baldachino excipi, sed non est moris « excipi ad caelestem Jerusalem, terrena haec « pedibus calcanda doceret. Siquidem bona terrena a « desiderio et lero honorum caelestium nos retrahunt. In Esdra legitur quod Cyrus Israelitas et Ba- « bylonia servitute dimittere volens, jussit insuper « ut quibus in Babylone stabilliter remanendi animus « esset, is qui discessum meditabatur, in pecunia et « aliis rebus necessariis subsidia praerent : *Et omnes reliqui in cunctis locis ubique habitant, « adjuvent eum viri de loco, suo argento et auro,* « *I Esd., i, 4.* Verum hic exurgit questio quomodo « possibile fuerit, quod aliqui ex populo fuerint, qui « cum Ierosolymam dilectam et sanctam patriam « suam repetere possent, Babyloniam non libenter « dimiserint, ut e servituti compedibus erepli et « liberati, in pristinum denuo restituerent liberta- « tem, vel qui non libenter, falsis fictisque numilibus « eorumque simulachris relictis, veri Dei cultui se « adderint? Lyranus ait : « Illi profecto hoc fecerunt, « qui amore honorum ibi acquisitorum teneban- « tur. Porro creatura eo fine nobis merito servire

deberent, ut veluti scala quaedam essent, per quas « ad Creatorem ipsarum possemus ascendere, vel ut « stimulum nobis adderent ad inquirenda bona coe- « lestia. At vero quot sunt homines qui oculos suos « in caelos nunquam elevantes, in creaturis velut in « ultimo fine subsistunt, et bona aeterna per hisce « caducis et transitorios nihili faciunt? Optime certe « erit nobis, si S. Augustini super illa verba S. Joan- « nis, *I Epis., ii, 16* : *Omne quod est in mundo concu- « piscientia carnis est, etc.*, conscriptum monitum se- « cuti fuerimus; dicit enim : « Fuge creaturas si vis « habere Creatorem; omnis creatura vilescat, ut « Creator in corde dulcescat. »

c. — Viam sternerant ramisque iter exornabant; « exigio pretio sibi magna praemia acquiescerent et « Christo Domino obsequia detulerunt. Sed cheu, « quam paucos hodieum hi habent sequaces? Miseri « namque mortales ingenti pretio, imo et infinito « caele emere solent mendaciam, et pro laboris mer- « cede, nihil postmodum invenit. Consideres enim « regis Salomonis delicias, quibus licet copiose frui- « tus fuerit, illas tamen vanitatem vanitatum et nihil- « lum appellavit. « Vere fide dignus hic est delicia- « rum accusator, » inquit Divus Chrysostomus. « Eumvero si verba illa a paupere quodam homine « et mendico prolata fuissent, qui quid sint divitiae, « aut quas secum vite commoditates subinferant, « ignoraret, forsitan contra hoc Ecclesiae pronun- « tium aliqua in medium adduci posset, ob experientia- « defectum, exceptio. Jam vero si cujus haec « est assertio immensi cujusdam thesauri possessorem « fuisse constat. S. Gregorius Nyssenus similiter « optime observat quod si Apostoli hanc nobis an- « nuntiassent veritatem, tantam utique fidem eis ha- « bituri minime fuissetis, siquidem S. Petrus in « persona omnium dixit : *Ecce nos reliquimus omnia,* « At vero Salomon adeo pretiosam habuit in domo « sua et pariter copiosam suppellectilem, ut Scriptura « dicat : *Omnes quoque vasa convivii regis erant aurea « et vasa domus saltus Libani ex auro purissimo.* Prae- « terea si saepe dicta propositio ab homine quodam « idiota et ignorante pronuntiata fuisset, tanquam « suspectam repudiare forsitan, quod illam posset. Jam « vero protestationem hanc a tali quodam viro fac- « tam esse constat, cui Deus tantam tanque subli- « mem sapientiam infuderat ut dixerit, *III Reg., iii, « 12* : *Dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum, ut « nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus « sit.*

d. — Divino Spiritu afflata turba, viam floribus, « ac frondibus ornaverunt, non solum ut nihil turpe, « ac indecorum Salvatoris oculis obliqueret, sed « etiam ne asellus, quo ferebatur, terram nudam « luto, ac pulvere fedatam attingeret, quod ad ma- « jorem decentiam ac honorem est excoigandum. E « quo pendente, quid facturi essent si pedester, « ut consueverat, adveniret; ex quo recogita quanta

puritate ac decencia ornanda sit anima, ut Dominum valeat recipere, ut in ea habitet. S. Thomas de Villanova Salvatorem nostrum summam temper puritatis curam habuisse, his verbis considerat: « Omnia munda vult Auctor puritatis. Mundam Matrem elegit; mundum discipulum dilexit; munda sindone involutus est; mundo in tumulto et in quo nondum quisquam positus fuerat, tumulatus est. Ab his qui sunt mundo corde videtur et ab his qui sunt mundo corpore possidentur. »

e. — Cur turbae ac Apostoli proiecerunt ramos ac vestimenta in viam, cum hoc esset impedimentum ad viam et iter agendum? Ad quid ergo? Pro mysterio sane rami illi cum essent pomis ac fructibus expoliati, praefigurabant eam quae de verbis tantum est fides, bonis carens operibus et ideo ramos sine fructu non gestant veritate, vel manibus, sed proieciunt in viam; ut innuat, quod fides sine operibus mortua est, et ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculectur ab hominibus. Glossa Interlinearis, super illa verba S. Jacobi: *Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, operum autem non habeat? Numquid poterit salvare eum?* hoc nobis suggerit consilium: « Debetis bene agere, quia falluntur, qui solam fidem sufficere credunt. » Glossa ordinaria auctoritatem adducit S. Augustini dicentis: « Excutiendum est a cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putaverint, hinc autem vivere et bonis operibus viam Dei temere neglexerint. » Eadem Glossa ibidem ulterius progreditur ostendendo, quod cum temporibus Apostolorum nonnulla verba S. Pauli sinistrum in sensum detorquerentur, varii hominem sine operibus justificari posse existimabant. Simon Magus hunc errorem primus seminavit, scilicet quod sola in Christum fides ad salutem consequendam sufficeret, fundatus nimirum in Epistola ad Romanos, ubi S. Apostolus contra Judaeos discurrens, qui de Moyse et legis scripte operibus gloriantes, legem Christi Evangelicam contemnebant, merito dixit, illa opera ad nihilum utilia fuisse, cum ad salutem nostram fides requiratur in Christum. Loquebatur autem de operibus legis Moisaicae, pro eo tempore quo subingressa lege Evangelica, illa jam abolita fuerat. Eundem hunc discursum S. Augustinus prosequitur, *tract. iv de Fide et op.*, cap. xiv, dicens: « Etiam temporibus Apostolorum, non intellectus quibusdam subobsecris sententias Apostoli Pauli, hoc quidem eum arbitri trahi sunt dicere. Cum dicit Apostolus, arbitrari se hominem justificari per fidem sine operibus legis, non hoc agit, ut praeccepta ac professa fide opera justitiae contemnantur, sed ut sciat se quisque per fidem posse justificari, etiamsi legis opera non processerint; sequuntur enim justifi-

catum, non procedunt justificandum. Quoniam ergo haec opinio tunc fuerat exorta, alie Apostolicae Epistolae Petri, Jacobi, Joannis, Iudae, contra eam maxime dirigunt intentionem ut vehementer astruant; fidem sine operibus nihil prodesse, sicut etiam ipse Paulus, non quamlibet fidem, sed etiam salubrem definit, *quae per dilectionem operatur.* »

f. — Etsi S. Evangelista non exponat quales fuerint isti rami, aut ex quibus arboribus precisi, S. Joannes tamen, dicit fuisse ramos palmarum: *Acciperunt ramos palmarum et exierunt obviam ei.* Unde etiam hodierna Dominica, in qua Christi ingressus representatur, vocatur Dominica Palmarum. Ita S. Isidorus: « Dies Palmarum ideo dicitur, » ait, « quia in eo Dominus et Servator noster, sicut Propheta cecinit, in Jerusalem tendens, in asello sedisse perhibetur. » At quare Palmarum potius quam aliarum arborum ramos obtulerunt? Respondet S. Gregorius exponens illum locum. *Job., lib. XIX Mor., cap. xix: In nidulo meo moriatur et sicut palma multiplicabo dies:* « Palma » tarde, » ait, « proficit sed diu in viriditate subsistit, palma vastior in summitate est, quam esse coeperit in radice, quia saepe electorum conversio plus linendo peragit, quam proponit peragendo. » Perseverantia itaque palma est quam haec plebs mystice praedicit, cum ramos palmarum deportat. Quam Dominus noster nos docuit, dum omnia opera sua ad perfectionem perduxit.

VERSUS 9.

Turbae autem, quae praecedebant, et quae sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna Filio David, benedictus qui venit in nomine Domini.

Turbae autem quae praecedebant, et quae sequebantur.

1. — Quantum obsecro ab hisce turbis hodie cepti honores et obsequia ab iis distant opprobriis et injuriis, quibus sequenti die Veneris Salvatorem nostrum probrosissime onerantur? Et vero hoc forsitan mysterium Ecclesia indicare voluit, dum hunc triumphum adeo funesto mortis suae conjungit spectaculo, licet hoc in hujus septimanae termino seu hinc acciderit. Cui proposita apertissime convenit illud ingeniose deproptum distichon:

Frondentes hodie tantum Christo accipere ramos:
Truncum, qui superest, cras tibi turba dabit.

2. — Guerricus Abbas, *Serm. ii in ramis*, de hoc mysterio ita loquitur: « Hodierna propositio simul et passio considerentur: in processione namque cogitatur in honore Regis; in passione spectatur in poena latronis: ibi circumdat eum gloria et honor; hic non est ei species et decor: ibi gaudium hominum et gloria plebis; hic opprobrium hominum et abjectio plebis: ibi acclamatur ei:

« *Hosanna filio David, benedictus qui venit Rex Israel;* hic inelamatur reus mortis, subsannaturque quod se fecerit Regem Israel: ibi cum ramis palmarum ei occurrunt; hic alapis palmarum in faciem caeditur et arundine percutitur caput: ibi sublimatur praconis, hic saturatur opprobriis: ibi certatim via sternitur vestimentis alienis; hic exiit propriis: ibi tanquam Rex justus et Salvator suscipitur in Jerusalem: hic tanquam reus et seductor damnatus ejicitur: ibi sedet in asino stipatus obsequiis; hic pendet in ligno crucis, cecus flagellis, confossus plagis et desertus a suis. »

3. — Didacus Stella, *in ration. div. offe.*, quoque ad hanc populi hujus mutationem et instabilitatem se reflectit, dum ait: « Propter Christum omnia Judoorum vestimenta fuerunt in terram prostrata; abhinc quinque diebus Dominum propriis expoliaverunt, ut nudus crudelissimis flagellis vapularet. Viridibus ramis ei occurrerunt; et paulo post caput ejus sicis arundinibus plectebant. Cantant Judaei: *Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini*, et quinque post dies clamoribus magnis dicunt: *Crucifige, crucifige eum.* Quid hoc aliud significat, nisi variam et instabilem mortalium conditionem, nec aliquid firmum aut stabile in vita reperire posse? »

4. — Durandus de hodiernae solemnitatis mysteriis tractans, modum nos docere satagit, eam spiritualiter cunctis fidelium animabus accommodandi; dicit enim: « Cum processionem facimus, Christum venientem ad nos suscipimus, cum pueris obviamus, si innocentes servemus; olivas gerimus, si pacis et misericordiae operibus indulgeamus; palmas portamus, si de viliis et diabolo victoriam reportemus; virentes flores et frondes gestamus, si virtutibus exornemur; vestimenta sternimus, carnem mortificantes; ramos carpimus, sanctorum vestigia imitantes. »

5. — Hanc adeo peregrinam triumphi et mortis, honorum et opprobriorum erga eundem Redemptorem ab iisdem turbis intra breve tempus praecedentibus ab Ecclesia factam conjunctionem S. Bernardus sequentibus verbis, *Serm. ii in Dom. Palm.*, devotissime ut solet, meditat: « O quam dissimile est: *Tolle, crucifige eum;* ab illo: « *Benedictus qui venit in nomine Domini!* quam dissimile: *Rex Israel,* et: *Non habemus Regem, nisi Caesarem!* quam dissimile rami virentes et crux, flores et spine! Cui prius stenebantur vestimenta, ecce suis exiit et sors mittitur super ea. Vae tibi amaritudo peccatorum nostrorum, propter quae solvenda tanta amaritudo necessaria est. » Genus humanum divinae justitiae satisfactionem debet infinitam, eamque Redemptor noster de toto rigore justitiae exolvere volens, hunc triumphum procedere voluit, ut tanto ei

passio esset amarior. « Quod fuit, quod processio nem habere voluit, » inquit S. Bernardus, « qui ex modo futuram noverat passionem? Forte ut amarior esset passio quam processio processisset. »

6. — Guerricus Abbas Christum firmo et stabili pede, tam in prosperitatibus quam in adversis, sine lapsu periculo sequendi modum nos edocet sequentibus verbis: « Ut inoffenso pede tam inter prospera, quam per adversa soquamur duces nostrum, in processione consideremus eum in honore positum, in passione contumelias et opprobriis subditum. »

Hosanna filio David.

7. — Verba haec ex glossa S. Hieronymi idem significant, quod *Salus in excelsis*; unde idem S. Doctor subjungit: « Perspicue ostenditur, quod adventus Christi, non tantum hominum salus, sed totius mundi sit. » S. Thomas ait: « Multi dicunt, quod significat Redemptionem, sed idem est, quod obsecro salva? anne affectum dicit obsecrantis? Cui venerabilis Beda pariter subscribit, dum ait: « *Hosanna* hebraicum, latine sonat salva, quia quod salus mundi sit Christus, agnoscebant, addebant in *excelsis*, quia adventus ejus non tantum hominum salus, sed totius sit mundi, terrena jungens caelestibus. »

8. — Paulus de Palatio mysterium explicat, cur secunda vice verbum *Hosanna in excelsis*, subjunxerint, dum ait: « Nec vacat mysterio, quod hic dicitur, *Hosanna*; sed cum secundo addant, in *excelsis*, quo indicant, se quidem in hoc saeculo optare victoriam, at non qualemcumque, sed quae in celo plena sit. Igitur non dicunt: *Salva nos Domine in hoc saeculo*, sed maxime: *Salva nos in excelsis.* » Idem quoque gravissimus Auctor declarat, qualiter *Hosanna*, cum palmiss in manibus acclamandum, contestati fuerint, se omnes victorias suas Christo in acceptis referre: « Quod vero qui palmas habent, *Hosanna* clamant, indicant victorias suas a Christo recepisse. »

Benedictus qui venit in nomine Domini.

9. — Iidemmet, qui paulo post inconditis clamoribus vociferaturi erant *crucifige, crucifige*, quod idem erat, quod maledictum ipsum declarare: *Fictus est pro nobis maledictus, Gal., iii, 13; Maledictus a Deo est qui pendet in ligno. Deuter., xxi, 23;* nunc clamant *Benedictus*, etc. Porro Christum ne verbum quidem aliquod profulisse constat, quo sibi haec a populo exhibita honoris obsequia grata fuisse testatus fuisset, aut gratum se erga illos exhibuisset, quia ejus praevidebat mox securitatem mutationem et instabilitatem. Unde S. Bernardus, *Serm. ii in Dom. Palm.*, occasione sumpsit honorum mundanorum nobis insinuandi vanitatem: « Quis ergo sperare jam debeat in incerto gloriae

« temporalis, cum videat in ipso quoque, qui peccatum non fecit, creatore temporum et conditore universitatis post exaltationem tantam, tantam nihilominus humiliationem sequi? In eadem enim civitate, a plebe eadem et eodem tempore nunc quidem processionis gloria et divinis est laudibus honoratus, postmodum irrogatus contumellis et tormentis et cum sceleratis reputatus. » Idem quoque mellifluus Doctor hanc unam ex rationibus esse existimat, ob quas Ecclesia passionem Domini nostri cum ejusdem triumpho conjunxit, licet hæc aliquot retro diebus acciderit, nimirum fit hoc ad instructionem nostram, ne ullæ lætitiæ vel gaudii mundano innitatur aut adhaerescamus: « Opportune utique passio processioni conjuncta est, ut discamus in ulla lætitiâ hujus sæculi habere fiduciam, scientes quoniam extrema quæ dii luctus occupat: » quoniam obscuro fine Ecclesia olivis et palmis illis tandem nititur, quæ in hac festivitate benedicuntur et quibuscum Christo triumphanti occurrimus? Certe non alio, quam ut illas tandem vertente anno comburat et in cineres redigat, quibus prima totius Quadragesimæ die, sive in capite jejunii uti solet ad annuntiandum illud: *Memento homo quia cinis est et in cinerem reverteris*, quasi indicare nobis vellet, quo tandem fine omnes victoria, triumphus, cunctique alii applausus mundani soleant terminari. Turbæ istæ Christum gloriosissimo quodam triumpho, quo gloriosorem mundus unquam vidit, exceperunt; unde Didaeus Stella verba *Hosanna in excelsis* interpretans, dicit: « Hoc est, tu Salvator es mundi peccatorum redemptor et peccatorum remissor, Messias, Filius David, Rex Israel. Itaque factis et dictis Filium Dei et mundi redemptorem confessi sunt; ideoque triumphum hunc honorabiliorem et præstantiorem fuisse, quam omnium mundi Principum, perspicuum est. » Ipsemet quoque verbis et factis se Filium Dei esse demonstravit, dum templi profanatores tanta cum majestate et auctoritate inde exturbavit, dicendo, *Joh. n. 16: Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis*; multa quoque et prodigiosa in conspectu omnium edidit miracula, *Matth., xxi, 24: Accesserunt ad eum claudi et cæci in templo et sanavit eos*; et tamen, ut S. Marcus notat, *xi, 11*, neminem invenit, qui famescenti vel nucidi panis frustum offerret: *Circumspectis omnibus cum jam vespera esset hora, exiit in Bethaniam*; ex eo namque, quod Evangelista narrando persequitur, Dominum nostrum famelicum fuisse, colligi potest; siquidem in ficulnea fructum quærens, nec tamen inveniens eidem maledixit.

10. — Supremis principibus communiter serenitatis nomen attribui solet; coronæ quoque et diademata in solis formam efformantur; denique sceptræ ad instar floris communiter fabricantur, quæ omnia nobis mysteria particularia insinuant;

neque enim flos caducus adeo subito marcescit, nec cæli serenitas tam celeriter ab æstivo turbine obumbratur, sicut honores, dignitates, imperia et dominia ex repentinis improvisisque eventibus susque deque vertuntur. Hodie omnes Jerosolymitani Redemptori nostro festivis vocibus clamant et die Veneris dicturi sunt per ludibrium: *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere, salvum faciat semetipsum; si Filius Dei est, descendat de cruce*. Quisquis vult obstupescere, legat festiva gaudia et applausus ab hoc populo in primi Regis sui electione factos; dicit enim sacer textus, *I Reg., x, 4, 25: Et clamavit omnis populus, et ait: vivat Rex*, et postquam cum adorassent, *dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam*. Vix autem iidemmet, qui applauserant, ab eodem recesserunt, quid dixerint, audite et obstupescite: *Filii Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? et desperaverunt eum*. Similiter postquam Ss. Paulus et Barnabas in Lysiris hominem illum claudum ex utero matris suæ, qui nunquam ambulaverat, sanassent, turbæ iisdem protinus acclamarunt, *Act., xiv, 10*, dicentes: *Dii similes facti hominibus, descenderunt ad nos*, imo ipsi sacerdotes jam præparatas habebant victimas, quas ipsis veluti numinibus coelestibus in sacrificium offerre decreverant, nisi ipsi veri Dei honorem zelantes se ipsis pro viribus opposuissent. Sed quisnam fuit horum applausum et obsequiorum divinatorum finis? Eodem prorsus die idem ille populus a Judæis instigatus, sumptis in manus lapidibus eosdem lapidavit: *Persuasi turbis lapidantes Paulum traxerunt extra civitatem, existimantes eum mortuum esse*. Optime igitur Theodorus Studita de felicitatis humanæ volubilitate scribens ita loquitur: « Quid est præterit figura hujus mundi? id est, labitur, præterequit, nec vel diurnam stabilitatem obtinens, sed qui heri nitidas, hodie squalidus, qui heri resplendit, hodie in miseria est, nunc extollitur ille, nunc alter dignitate ruit; hic a paupere fit dives, alius a divite pauper, milleque mutationibus et vicibus ærumnosa nostra vita subjecta est, nihil possidens constans. »

Additio.

a. — Turbæ autem quæ præbent et sequuntur, clamabant, etc. Piam in hunc textum considerationem offert mellifluus Doctor Bernardus, *Serm. ii in Dom. Pal.* Ait enim: « O quam dissimile est tolle, tolle, crucifige eum, et, benedictus qui venit in nomine Domini. Quam dissimile Rex Israel, et, non hobenus Regem nisi Casarem. Quam dissimiles rami virentes et crux, flores et spina: cui prius sternebantur vestimenta aliena, ecce suis exuitur. » Hoc facto proposuit Dominus ridendam esse mundi gloriam, quæ tam brevis est et instabilis. Ad fugacitatem gloriæ mundi hujus vivaciter exprimendam, umbræ similitudo aptissima et op-

portunissima esse videtur, idemque, ni fallor, verborum Prophetæ regii sensus fuit, dicentis, *Psal. cxxiii, 4: Homo vanitati similis factus est; dies ejus sicut umbra prætereunt*; tametsi enim similitudo magis propria a velocissimo solis cursu peti potuisset, videri nonnemini possit, hæc tamen non sine mysterio nequaquam uti voluit quia sol, dum super hemispherio nostro discurret, luce et benignissimi radiis suis terræ se beneficium exhibet, in rerum sublanarium influat generationem, maturat fructus, arbores germinare, flores erumpere facit, atque in secretissimis montium venis, pretiosissimi generat metalli mineras, cum tamen umbra nihil simile

homini præstat. Insuper etiam umbræ similitudo ideo magis adæquata censenda est, quia præteream quam in se continet vanitatem, instabilitatem quoque sibi nimis infeliciter adjunctam habet, utpote quæ nunquam in eadem figura persistit, sed transcurrit, augetur, diminuiturque juxta cursum et gyrum solis, tardiolem velocioremque. Unde S. Bernardus, *Serm. xx in Cant.*, ait: « Declinaverunt sicut umbra, quia prætereunt sine fructu; præterit enim figura hujus mundi; » sive ut est in Græco, *decipit*; quia dignitates lunc vel maxime deficere et evanescere videmus, quando easdem vel maxime stabiles futuras esse arbitrabamur.